



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum lumen habeat esse reale in medio vel
intentionale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. II. Distinctio. XIII.

nitur non solum in superficie, sed in profundo. Ex hoc si arguitur, in ferro ignito sunt ignis & ferrum, & tamē ignitum nō occupat maiorem locum quam prius, ergo simul sunt secundum locum ignis & ferrum, ergo &c.

4. IN CONTRARIUM est Philosophus secundum de anima, & Avicen. sexto naturalium, & Dam. qui dicit lumen esse qualitatem ignis.

5. RESPONSI. Questio ista licet nō habeat magna difficultate, est tamen multum exquisite tractata a Philosophis & doctrinariis aliis, nec credo huius esse alia causam, nisi errores antiquorum circa materiam istam qui fuerunt duo. Vnus aliquorum dicentis lumen esse defusum corpora subtilium à sole & stellis, & hoc patet esse falso triplices. Primo ex parte corporum à quibus ponuntur effluere, quia illa corpora vel effluenter à sole & stellis, quia resoluenter ab ipsis, vel quia ab eis de novo causantur. Non quia resoluenter ab ipsis, iam enim per continuam resolutionem consumpta, vel fatigata norabilitate dimuta essent corpora solis & stellarum (nisi forsan fabulo diceretur q̄ ex vaporibus elevarū cibarentur ad restauracionem deperdunt). Item nec potest dici q̄ de novo causentur, quia vel hoc est ex materia de novo creata, & tunc illuminatio non est actio p̄ naturam, imo p̄ dicitur, quod est absurdum, vel ex praesente materia, & tunc generatio virtus est corruptio alterius : generato enim lumine in toto medio oportet aliquid aliud corpus tantum proportionabiliter corrupti. Et obtenebratio medio ex corruptione luminis alia corpora proportionabiliter generari, non solum apud nos, sed etiam in celo, quia ibi inuenitur nouitas illuminationis, sicut patet in luna precipue, que omnia sunt inconvenientia.

6. Nisi forte quis dicat q̄ illa corpora non generantur de novo, nec corruptiuntur, sed transferuntur cibis corpori luminoso, puta cum sole late, nunc superius, num in inferiore hemisferio. Sed etiam illud potest dici, quia non solum obenebratur medium ex ablatione corporis luminosi, sed etiam ex circumpositione corporis opacae circa corpus luminosum (puta circa candelam). Nec videtur q̄ lumen congregetur circa candelam, quia non apparet ibi maior claritas plusquam ante, ideo &c.

7. Secundum appetit idem ex parte medi in quo lumen recipitur, quia duo corpora nō possunt simul esse per naturam, sed lumen simul est cum aere. Aer autē est corpus, ergo impossibile est lumen esse corpus. Nec potest dici q̄ in aere sint pori in quibus recipitur lumen, quia obtenebratio aere oportet poros manere vacuos, nisi forte dices retusus etiam tenebra est corpus, quod est falso. Itē aer nō sotus illuminaretur si solum in poris eius reciperetur lumen cuius oppositum diceret sensus.

8. Tertio appetit idem ex parte motus, quia si lumen esset corpus, illuminatio esset motus localis. Motus autē localis nō potest esse in aere, sed necessario sit in tempore & successione, quod nō contingit in illuminatione, nec potest dici quid illuminatio sit in tempore (scilicet imperceptibili). Quia etiam successio aliqua posuit laterē per medium spatium propriū sui velocitatem, non tamē per tantum spatium sicut est ab oriente in occidente, itē quod tamē laterē successio illuminationis. Pater ergo ex omnibus his lumen non esse corpus.

9. Aliqui autem fuerunt alii qui dixerunt lumen in sole esse formā eius substantiam, sed lumen in aere esse accidentem. Qnod etiam esse nō potest propter duo. Primum est, quia in actione vniuersa principium actionis & terminus sunt eiusdem speciei. Sed actio qua lucens in se illuminat aliud est actio vniuersa, sicut illa qua calens in se calcificat aliud, ergo principium & terminus illuminationis sunt eiusdem speciei, nec autē sunt lux in sole, & lumen in aere, ergo si vnum est accidentes & reliquum. Secundum est, quia nulla forma substantialis est sensibilis per se, sed lux in sole est per se sensibilis, ergo &c.

10. Dicendum est ergo simpliciter, q̄ lux in sole, lumen in aere, & huiusmodi sunt accidentia, est enim lux qualitas per quā agunt corpora superiora in hinc inferiora, omne enim alterana agit per aliquā formā in ipso existente, sed in celo illa forma nō potest esse substantialis quē nunq̄ est immediatum principium alteratiōis, ergo oportet q̄ sit aliqua qualitas, & haec est lumen eius, & quia habemus ali-

Questio III.

quid dignitas ratione, scilicet experimentum sensus, non oportet aliam adducere rationem quād p̄sens.

11. Ad primum arg. respondendum est ad minorem p̄ interemptionē, & cū probatur p̄ dictū Dio. dicendum q̄ coniunctio & separatio luminis intelligitur p̄ intensionē & remissionē luminis pluribus vel paucis tribus luminis additis vel subtractis, sicut est virus tratus natus velocior vel tardior secundum multitudinem, vel paucitatem trahentū. Radii autē plurium luminarum dicuntur à Dion. inconfutabili propter luminarium distinctionem.

12. Experimenta tria quae adduntur, nō valent. Primum de duabus umbris nō valet, quia duas umbras non sunt in eadem parte media, sed in diuersis: & ideo nō arguit plūratitatem luminis in eadem parte media, sed in diuersis, quod bene coedetur. Sicut enim est altera pars albedinis in alia parte coporis, ita & in lumine respectu media & secundum hoc nihil ad propositionem. Si vero dicatur, q̄ ex opere cuiuslibet duorum luminarum interposito corpore opaco est lumen minus q̄ in aliis partibus media, dicendum quod verū est, sed hoc nō est propter separationem luminis à lumine, sed propter remissionem luminis, quia in opposito cuilibet luminaris est actio unius tantum & non duorum, & ideo minus intensa q̄ ubi est intensio duorum simili quod additur de lumine duorum luminarum transire per idem foramen, & tamen faciente diuīlūgōres in opposito pariete, dicendum q̄ lumina duorum luminarum in foramen in quo sunt coniuncta realiter sunt unum lumen, tamen radii & fulgores ultra procedentes distinguuntur nō propter distinctionem vel separationem luminis in foramine comuni existentis, sed quia nō potest ad eandem partem ultra procedere actio utriusq; luminaris, sed procedit ad diuersas partes propter corpus in quo est foramen utriq; luminari respectu alterius & alterius situs interpositum.

13. Ad secundum dicendum q̄ in ferro ignito non est ignis intrinsecus qui nō potest esse nisi in materia rara, sed estib⁹ dispositio ad foramen ignis sed nondum vta & perfecta.

QUESTIO SECUNDA.

Vtrum lumen habeat esse reale an intentionale in medio.

Thom. ibidem.

D einde queritur utrum lumen habeat esse reale an intentionale in medio. Et videtur quod habeat formam esse intentionale quia nulla realis qualitas supposita sensui percipitur, sed lumen immediate attingens pupillam, à visu percipitur, ergo &c.

2. Item quod dat aliis esse intellectuale videtur de se & in se illud habere, sed lumen dat colori esse intentionale in medio, ergo &c.

3. Item qualitas realis remanet in subiecto in absentia producentis, sed lumen non remanet in absentia luminaris, ergo &c.

4. IN CONTRARIUM arguitur, quia nulla forma intentionalis denominat subiectum in quo est. Sicut aer nō dicitur coloratus propter intentionem coloris qui est in medio lumen autem denominat medium, ergo &c.

5. Item forma intentionalis nō est principium mutationis naturalis, sed solum animalium, sed lumen est principium illuminationis naturalis pura calefactionis, ergo &c.

6. RESPONSI. Esse intentionale potest dupliciter accipi. Vno modo prout distinguuntur contra esse reale, & sic dicuntur habere esse intentionale illa quia non sunt nisi per operationem intellectus sicut genus & species, & logicæ intentiones, & sic est proprius modus accipientis intentionem & esse intentionale. Et isto modo lumen in medio vel species coloris non habent esse intentionale, quia que sunt à principiis realibus circumscripta operatione intellectus habent esse reale & nō intentionale, sed lumen & species coloris in medio sunt huiusmodi, ergo &c. Alter modo dicuntur aliquid habere esse intentionale largè, quia haber est debile, sed habere est debile adhuc tripliciter. Aliqua enim dicitur habere esse debile quia nō habent sibi esse simul sive permanēs, sed in successione vel motus & tēpus, & hęc nō dicitur habere esse intentionale,

v 3 aut

Magistri Durandi de

aut si dicatur nō competit lumen vel specie in medio habere tale esse intentionale, quia esse eorum totum est simul & non in successione.

7 Secundo modo dicuntur aliqua habere esse debile, quia ad sui existentiam requirunt presentiam sua cause proxime naturalis, quod pro raro dico quia angelis, & ea que immediatae a Deo producuntur requirunt ad sui existentiam potentiam sua cause immediatae (scilicet dei) & tamen non dicuntur habere esse debile, sed lumen & species coloris in medio (scilicet habent suum esse simul) tamen quia requirunt presentiam sua cause proxime & naturalis dicuntur habere esse debile. Et istud debile esse nondum dicitur intentionale. Cuius ratio est quia non solum lumen in medio, sed etiam lumen lunae & stellarum requiri presentiam solis illuminantis, & tamē nullus vnguam dicitur & lumen lunae & stellarum habere esse intentionale.

8 Tertio modo dicitur aliquid habere esse debile non solum per comparationem ad causam proximam naturalem sed quia deficit a perfectione proprie speciei. Et sic lumen & species in medio habent esse debile quod etiam potest dici aliquo modo intentionale. Quod patet, quia ad sufficiendum magis & minus cooperatur dispositio subiecti, ut patitur lib. i. dist. 17. Cum igitur propria & perfecta dispositio subiecti coloris sit esse terminatum (ut patet ex his que dicit Philosophus libro de sensu & sensato & colori est extremitas perspicui in corpore terminatus) propria ac perfecta dispositio subiecti lucis sit esse denum, non dico opacum esse (nihil enim lucer nisi densum) ideo impossibile est color & vel lucem recipi secundum tuum esse perfectum in medio non terminatum per opacum quo ad colore, vel in medio non denso quo ad lucem, sed recipiuntur secundum esse debile sive imperfectum.

9 Itud autem potest dici aliqualiter intentionale, enim dicta est prius intentio propriissime ad actum animae pertinet, illud igitur potest aliqualiter dici intentionale quo anima tendit in alterum. Hoc etiam alludit nominis. Intentionale enim dicitur quo in alterum tenditur, sed lumen in medio, & species coloris sunt huiusmodi, ratione enim imperfecti non terminat actum animae, sed sunt illud quo anima tendit in obiectum, non enim species coloris videntur, sed color corporis obiecti mediante specie (vt quidam dicunt) nec lumen in medio propriiter terminat visum, sed mediante ipso fertur visus in obiectum, ergo tam lumen quam species possunt dici intentiones vel habere esse intentionale, magis tamē species quam lumen, quia habet esse minus perfectum & minus potest terminare actum, simpliciter tamen lumen quam species habent esse reale.

10 A Primum argumentum dicendum quod omne sensibile applicari immediate organo sensus dummodo immunit ipsum potest sentiri quia nihil plus requirit ad sentire nisi immunitum organi a sensibili, quod ergo corpus colorati suppositum oculi non videatur, Causa est, quia non potest immunitum organum visus, nihil enim potest immunitum a colore nisi actu illuminatum. Et quia corpus suppositum oculi prohibet illuminationem pupillae, & organi visus, ideo non videatur, lumen autem contingens pupillam ipsum immunit ideo videri potest. Et eadem ratio est de qualibet reali qualitate sensibili immedietate supposita sensu.

11 Ad secundum dicendum quod lumen non dat colori esse intentionale, sed dispositio media non terminata vel dictum est, & si dare non tamē oportet quod habetur tamen in se, quia effectus multis modis potest deficere a perfectione sua cause. Esse autem intentionale est esse imperfectum. Item cōcessum est quod lumen habet esse intentionale, sicut species coloris, nec hoc excluditur quia habeat esse reale.

12 Ad tertium dicendum quod remanent in subiecto ad absentiam cause producentis non est de ratione qualitatis realis, nec exsistere presentiam cause facit aliquid esse intentionale (vt dictum fuit in corpore questionis) quia autem qualitates hoc requirant, quae vero non alias inquirendum erit.

13 A D argumentum alterius partis. Ad primum dicendum quod omnis forma denominat subiectum suum, quoniam enim omnis forma de suo subiecto aliquid esse secundum illud denominat ipsum ex necessitate. Et quod dicitur quod aer non dicitur coloratus propter speciem

Sancto Porciano

coloris que est in ipso, dicendum quod verum est, quia color dat talem qualitem sub esse perfecto. Et quia illud esse non haber in aere ideo non dicitur coloratus, similiter lux dicit talem qualitatem sub esse perfecto, & quia illud esse non haber in aere ideo aer non dicitur lucens, dicitur autem illuminatus sicut & qualitas eius dicitur lumen, & idem est de colore si proprium nomen est impotum secundum illud esse quo perficit medium, quia sub illo nomine denominaret ipsum.

14 Ad secundum argumentum cum dicitur quod formam intentionis non est principium naturalium actionum, dicendum quod verum est de forma intentionale primo modo dicta, quia illa non est res sed ratio, & ideo nullus res operationis est principium, sed est solum ratio per intellectum circa rem intellectam formata, nullus autem ponit lumen vel speciem esse talem formam intentionalem. Sed dicuntur formae intentionales propter esse imperfectum quod habent in medio ratione cuius habet & non terminant actum animae, sed mediante eis tendit anima in obiectum. Tales autem formae intentionales cum sint vere res naturales possunt esse principia realium actionum, non solum animalium, sed etiam naturalium. Nam & animalia actiones sunt.

Sententia distinctionis. XIIII. in gen.
nerali & speciali.

Dixit quoque Deus, fiat firmamentum. Superius determinat Magister de operatione prima die. Hic determinat de operatione secunda die. Et cum hoc sequitur illa pars ubi determinatur de operatione tertia die. Et sequitur, dixit itaque Deus, & sic sunt duas partes principales in ista die, quarum prima dividitur in duas. Primo proponit opus prima die, quod est formatio firmamenti, & exponit per diuersas opiniones, quae sunt circa materialia firmamenti. Secundo mouet quadam questiones incidentes circa firmamentum & motum celi, & circa ea quae ad distinctionem operis tertie diei pertinent. Secunda ibi, querit etiam soler cuius figura sit secundum. Hac est sententia & diuisio lectionis in generali.

IN speciali sic procedit. Et proponit quod firmamentum secunda die factum est, quod secundum Bedanum dicitur colum sydereum quod habet aquas inferiores se, & sic dividit aquas ab aquis, licer per colum quidam ventum aeternum intelligi, quod quidem colum sydereum secundum quidam est natura aquae, secundum vero alios est natura ignea: quomodo autem supra colum possint esse aqua, dicitur quod hoc est diuina virtus, neque est inconveniens, cum videamus aquas evaporari & elevari in altum. Sic potest esse ut supra firmamentum, & glacies solidate aqua suspendantur: quales autem sunt, & ad quid conditae (ille solus nouit qui condidit) postea querit cuius figura sit colum. Et responderet quod spiritus sanctus hoc per actores docere noluit, eo quod non multum saluti prodidit, quanvis ipsi scirent. Quærerit etiam verum colum stet, an mouetur, utrumque videatur inconveniens: si enim mouetur, non est firmamentum, si vero stat, non possunt eo moueri sydera. Et responderet etiam si mouetur dici potest tamē firmatum, est proper firmatum, si vero stat, possunt in eo sydera moueri. Quærerit etiam qualiter benedictio secunda diei praetermittitur, & quare, scilicet in operibus secundae diei non est dictum, vidit deus quod est bona, & responderet, quod est forte propter quadam in mysticam significacionem, quia binarius numerus est signum alternitatis, & signum divisionis. Ultimum ponit opus tertie diei, quod fuit congregatio aquarum in unum locum, quae sub celo sunt, per quam congregacionem terra arida apparuit, que quidem congregatio fieri potuit, vel quia cauiores terre subintraverunt aquas, vel quia insipissata fuerunt, & licer sunt multa congregations aquarum: tamē proper continuatorem carum ad inuenientem dicuntem conueniente in unum locum. Et in hoc terminatur, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum aliqua aqua sint super caros.

Thom. i. q. 63. art. 2.

Circa